

ac primò statim in Ungariæ ingressu captæ aliquot populosæ urbes. Ac licet adversis prælijs fractus Otto Tyrannus, bellum tamen redin-
tegrare est ausus. Et jam vergente in exitum anno, ex affecto magis
bello quàm confecto Rex in Saxoniam ad hiberna concesserat.

Herman-
ni Mona-
stetienfis
Præfulis
obitus.

Lambertus
Schaf. in
Chron.

Mors Em-
mæ foro-
ris Mein-
werci.

Bremensis
Ecclesiæ
conflagra-
tio & dis-
ciplinæ
relaxatio
hinc con-
secuta.

Inter hæc 21 Julij Hermannus Mimigardevordensis præclarissi-
mus Episcopus excessit è vita, anno gesti Episcopatus decimo. Tu-
mulus ei datus ante aram principem in Basilica, quam priori anno
dedicaverat, cuius tamen modò nulla vestigia supersunt. Tam in-
grata, atque immemor beneficiorum ætas in posteris. Inter cetera
hæc illi laus data, habuisse clerum non minus quàm Scholas floren-
tissimas. Successore ei in Episcopatu datus Rudbertus, quem fasti Ro-
bertum vocant, uti hæc Lambertus Schafnaburgensis consignavit.
Mortua quoque hoc anno Emma Meinwerci Episcopi nostri soror,
Ludgero Comiti denupta, postquam per xl. annos vidua omnes
thesauros in Ecclesiam Bremensem & pauperes erogasset, præclarà
sanctitatis fama apud posteros relictâ. Sed hoc ipso anno, uti Ada-
mus Bremensis scribit. *Domus Ecclesiaque S. Petri Bremæ conflagravit,*
cujus incendii flamma, claustrum cum officinis, urbem cum ædificiis totam,
*consumpsit, veterisque habitaculi nullum remansit vestigium. Ibi sacra Ec-
clesia thesaurus, ibi libri et vestes, ibi omnia ornamenta sunt consumpta.*
Quæ damna magna quidem reputat auctor; sed majora, quæ ex
solutâ disciplinâ consecuta sunt; quando ex eo tempore Canonici,
qui intra claustrum vixerant, vagari, & regulam SS. Patrum, quam per
CCLXX annos in communis vitæ societate conservârant, primùm ne-
gligentius habere, ac deinde pravo aliorum Collegiorum cathedrali-
um exemplo abjicere cœperunt; quanquam id Browerus jam ante
complures annos Treviris factum observârit.

Annus Christi 1043.

Benedicti IX Pont. 10.

Henrici III Regis 5.

Rothonis Ep. Pad. 8.

Lambertus
Schaf.
Hermannus
contratt.
Marianus
Scotus.
Ursberg.
Avent. l. 5.
Boico.
Cleinsorg in
chron.
Pader-
bornam
adit Hen-
ricus, &

At Henricus Regum gloriissimus, apud Saxones hyemando,
Goslariæ Natalitia Christi celebrat. Ibi dum comitia Saxonorum
procerum agitantur, accessit Bohemiæ Dux, honorificè à Rege ex-
ceptus, & benignè dimissus: ibi legati Russorum audit, & tristes di-
missi, quod Regis sui filiam, quam Henrico nuptui obtulerant, asper-
natam audirent. Goslaria Rex ad Leodienses profectus, celebratoq;
apud eos Paschate, cum Rege Francorum colloquitur. Inde post-
quam Aquisgranum adjisset, reflexo per Rhenum itinere, in Westfali-
am digressus est; & magna procerum frequentia deductus, festum
Pentecostes Paderbornæ cum Rothone Episcopo egit; patris cum-
primis & Henrici sancti exemplo invitatus, quos Imperatores hic lo-
cus